

γλυκώνειον / glyconium

HERHAEST. 32. 13 sqq. δίμετρον δὲ ἀκατάληκτον τὸ καλούμενον γλυκώνειον, αὐτοῦ γλύκωνος εὐρόντος αὐτό (mel. adesp. 111 [PMG 1029] Page)

κάπρος ἠνίχ' ὁ μαινόλης
ὀδόντι σκυλακοκτόνῳ
Κύπριδος θάλος ὤλεσεν.

HERHAEST. 56. 20 sqq. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν γλυκωνείων τοιαῦτα σχήματα παραλαμβάνεται, οἷον ἐν τοῖς Κορίννης' (fr. 2 [PMG 655]. 2 sqq. Page)

καλὰ γέροι' ἀεισομένα
Ταναγρίδεσσι λευκοπέπλοις.
μέγα δ' ἐμὴ γέγαθε πόλις
λιγουροκωτίλαις ἐνοπαῖς.

ὦδε καὶ τόδε' (fr. 2 [PMG 655]. 15 Page)

καὶ πενήκοντ' οὐψιβίας.

ἔτι δὲ καὶ πλείοσιν αὐτῆ κέχρηται σχήμασιν' (fr. 22 [PMG 675] Page)

δούρατος ὥστ' ἐφ' ἵπῳ.
κατὰ μὲν βριμούμενοι.
πόλιν δ' ἐπράθομεν.
† προφανεῖς γλοῦκου δέ τις ἄδων.
πελέκεσσι δονεῖται.

TRICH. 388. 16 sqq. περὶ δὲ γε τοῦ κατ' ἀρχὰς εἰς τὰ τέσσαρα τοῦ δυσλλάβου σχήματα τρεπομένου ἀντισπαστικῆς καὶ ἐπὶ τέλει τὴν ἱαμβικὴν διποδιαν δεχομένου ἰδίᾳ διελάβομεν, καὶ λάμβανε ἐκεῖθεν παραδείγματα τῶν συμμίκτων ἀντισπαστικῶν, ἃ καὶ ἀνακρεόντεια καὶ γλυκώνεια, ὡς ἐκεῖ ἔφαμεν, λέγονται, ὧν ἡ ἀρχὴ ἔστι

θηρῶν αἰθέριον σκέπας.

TRICH. 389. 15 sqq. δίμετρον δὲ (*scil.* ἀντισπαστικόν) ἀκατάληκτόν ἐστιν οἷον τό

ἐν ὄρφναις μὲν ἀφεγγέσσι.

τοιαῦτα δὲ εἰσιν, ὅσον κατὰ τὸ δίμετρον ἀκατάληκτον καὶ τὰ ἰδίᾳ ἡμῖν τεθέντα εἰς παράδειγμα τῶν συμμίκτων ἀναπαίστων. ὀνομάζονται δὲ τὰ τοιαῦτα δίμετρα, ὡς καὶ ἀνωτέρω ἔφαμεν, γλυκώνειά τε καὶ ἀνακρεόντεια.

ANON. HARL. p. 23. 17 sqq. (Herphaest. 31. 16 sqq.) «τὸ ἀντισπαστικὸν τὴν μὲν πρώτην συζυγίαν ἔχει τρεπομένην κατὰ τὸν πρότερον πόδα εἰς τέσσαρα τοῦ δυσλλάβου σχήματα· τὰς δ' ἐν μέσῳ καθαρὰς ἀντισπαστικὰς τὴν δὲ τελευταίαν, ὅποτε ἐστὶν ἀκατάληκτον, ἱαμβικὴν. ἐὰν δὲ ἀναμίσγηται ταῖς ἱαμβικαῖς, οὐ μόνον τὴν πρώτην συζυγίαν ἔχει τρεπομένην κατὰ τὸν πρότερον πόδα, ἀλλὰ καὶ τὴν ταῖς ἱαμβικαῖς ἐπομένην. ἔστι δ' ὅτε καὶ λύεται ὁ πρότερος πούς τρίβραχυν». ταῦτα παραδείγματα τούτου «δίμετρον ἀκατάληκτον» «γλυκώνειον» (Pind. *Ol.* 1. 1.)

ἄριστον μὲν ὕδωρ ὁ δέ.

SCHOL. VET. in Pind. *Ol.* 1 (p. 1. 4 sqq. Tessier) τῆς στροφῆς καὶ ἀντιστροφῆς τοῦ α' γλυκώνειον, ὃ καὶ ἀντισπαστικόν. [τὸ ἀντισπαστικὸν μέτρον ἐστὶ τετρασύλλαβον, συγκεῖμενον ἐκ βραχείας καὶ δύο μακρῶν καὶ βραχείας, οἷον 'Ἀρίσταρχος'].

SCHOL. REC. in Pind. *Ol.* 1 (p. 45. 12 sqq. Abel) Τὸ ἀ΄ ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον, ὃ καὶ ἀπὸ Γλύκωνος τοῦ εὐρόντος αὐτὸ γλυκώνειον καλεῖται.

SCHOL. VET. in Pind. *Ol.* 9 (p. 8. 10 sqq. Tessier) τὸ δ΄ ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον ... τὸ ζ΄ ὅμοιον τῷ δ΄ ... τὸ η΄ ὅμοιον τῷ δ΄ καὶ ζ΄ ... τὸ ιβ΄ γλυκώνειον.

SCHOL. REC. in Pind. *Ol.* 9 (p. 310. 13 sqq. Abel) Τὸ δ΄ ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον, ὃ καλεῖται γλυκώνειον, ἐκ διτροχαίου ἢ ἐπιπρίτου.

SCHOL. VET. in Pind. *Ol.* 9 (p. 8. 24 sq. Tessier) τὸ ι΄ ἀντισπαστικὸν ἔννεασύλλαβον σαπφικὸν πλεονάζον τοῦ γλυκωνείου μιᾶ συλλαβῆ.

SCHOL. REC. in Pind. *Ol.* 9 (p. 312. 6 sqq. Abel) Τὸ ι΄ ἀντισπαστικὸν δίμετρον ὑπερκατάληκτον ἔννεασύλλαβον, ὃ καλεῖται σαπφικὸν, ἐκ τροχαίου ἀρχόμενον. πλεονάζει δὲ τοῦ γλυκωνείου μιᾶ συλλαβῆ.

SCHOL. VET. in Pind. *Ol.* 10 (p. 9. 10 sq. Tessier) τὸ η΄ γλυκώνειον ὅπερ ἔλυσεν ἐν τῷ (v. 27) ‘πέφνε Κτέατον ἀμύμονα, ἔννεασύλλαβον.

SCHOL. REC. in Pind. *Ol.* 10 (p. 343. 3 sqq. Abel) Τὸ η΄ ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον, ὃ καλεῖται γλυκώνειον. διέλυσε δὲ τὸν ἀντίσπαστον εἰς τὸ (v. 27) ‘πέφνε Κτέατον ἀμύμονα, ποιήσας τὸ κῶλον ἔννεασύλλαβον.

SCHOL. VET. in Pind. *Ol.* 14 (p. 13. 17 Tessier) τὸ ιδ΄ γλυκώνειον.

SCHOL. REC. in Pind. *Ol.* 14 (p. 422. 19 sqq. Abel) Τὸ ιδ΄ ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον γλυκώνειον ἐξ ἀντισπαστικῆς καὶ ἰαμβικῆς συζυγίας.

SCHOL. VET. in Pind. *Pyth.* 2 (p. 15. 26 sq. Tessier) τὸ ζ΄ γλυκώνειον, τοῦ ἀ΄ ποδὸς ἀδιαφόρου, εἶτα τροχαίου, εἶτα διαμβίου.

SCHOL. VET. in Pind. *Pyth.* 5 (p. 18. 8 Tessier) τὸ ζ΄ γλυκώνειον.

SCHOL. VET. in Pind. *Pyth.* 8 (p. 19. 18 sq. Tessier) τὸ η΄ γλυκώνειον. <τὸ θ΄ γλυκώνειον>.

SCHOL. VET. in Pind. *Nem.* 2 (p. 22. 12 sq. Tessier) τὸ ἀ΄ γλυκώνειον.

SCHOL. VET. in Pind. *Nem.* 4 (p. 23. 10 sq. Tessier) τὸ ζ΄ περίοδος, διπλοῦς τροχαῖος, ἢ γλυκώνειον.

SCHOL. VET. in Pind. *Nem.* 4 (p. 23. 15 sq. Tessier) τὸ ιβ΄ περίοδος ἰαμβικὴ ἀπὸ βακχείου, ἢ γλυκώνειον λελυμένον.

SCHOL. VET. in Pind. *Nem.* 7 (p. 25. 18 sqq. Tessier) τὸ ε΄ γλυκώνειον ἢ δ΄ ἀπόδοσις ἀντὶ τῆς ἰαμβικῆς συζυγίας τὴν χοριαμβικὴν <ἔχει> ὡς συγγενῆ.

SCHOL. VET. in Pind. *Isthm.* 8 (p. 32. 4 Tessier) τὸ ε΄ ἔννεασύλλαβον σαπφικὸν πλεονάζον τοῦ γλυκωνείου μιᾶ συλλαβῆ ... (8 sq.) τὸ ιδ΄ ἔννεασύλλαβον σαπφικὸν πλεονάζον μιᾶ συλλαβῆ τοῦ γλυκωνείου.

SCHOL. VET. in Aesch. *Pers.* 568 (p. 52. 23 sqq. Massa Positano) + τὸ η΄ ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον ὃ καλεῖται γλυκώνειον, ἐξ ἀντισπάστου καὶ ἐπιπρίτου β΄.

SCHOL. VET. in Aesch. *Prom.* 561 (p. 45 Smyth) τὸ κβ^{τερον} ἀντισπαστικὸν γλυκώνειον δίμετρον ἀκατάληκτον, ἐξ ἀντισπάστου καὶ ἐπιπρίτου τρίτου διὰ τὴν ἀδιάφορον.

SCHOL. VET. in Aesch. *Prom.* 593 (p. 48 Smyth) τὸ ζ΄ ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον γλυκώνειον, ἐξ ἀντισπάστου καὶ διαμβίου διὰ τὴν ἀδιάφορον.

SCHOL. VET. in Aesch. *sept.* 951-960 (II, p. 389. 31 sqq. Smith) + τὸ α΄ ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον ἐξ ἐπιτρίτων πρώτων δύο. τὸ β΄ τροχαικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. τὸ γ΄ ὅμοιον τῷ α΄ ἐξ ἀντισπάστου καὶ διτροχαιῶν ὃ καλεῖται γλυκώνειον.

SCHOL. BYZ. in Soph. *Oed. tyr.* 1190 (p. 279. 21 sq. Longo) Tr τὸ δ΄ ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον γλυκώνειον ἐξ ἐπιτρίτου δ΄ ἀντὶ ἀντισπάστου, καὶ ἰαμβικῆς συζυγίας.

SCHOL. in Aristoph. *av.* 676b (p. 107. 3 sqq. Holwerda) Tr τὸ γ΄ ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον, ὃ καλεῖται – ὡς εἴρηται ἔν τῇ παραβάσει τῇ ἐν τῷ δράματι τῶν Νεφελῶν – γλυκώνειον.

SCHOL. in Aristoph. *eq.* 551b (p. 139. 9 sq. Jones-Wilson) Tr τὰ δὲ λοιπὰ τέτταρα ἀντισπαστικά δίμετρα, τρία μὲν γλυκωνεῖα, τὸ τελευταῖον δὲ φερεκράτειον.

SCHOL. in Aristoph. *eq.* 973a (p. 222. 20 sqq. Jones-Wilson) vet. ἡδιστον φάος] κορωνίς, ἐξῆσι γὰρ οἱ ὑποκριταί, καὶ ἐν εἰσθέσει τοῦ χοροῦ ἐξὰς μονοστροφικῆ τετρακώλους ἔχουσα τὰς περιόδους ἐκ τριῶν γλυκωνεῶν καὶ τοῦ φερεκρατείου.

SCHOL. in Aristoph. *eq.* 973b (p. 223. 1 sqq. Jones-Wilson) Tr εἰσὶ δὲ τὰ μὲν τρία ἐκάστης περιόδου κῶλα δίμετρα ἀκατάληκτα, ἃ καλεῖται γλυκωνεῖα, ὡς εἴρηται, διὰ τὸ ἀντὶ τοῦ ἀντισπάστου ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐπίτριτον ἔχειν τέταρτον ἐν τῇ πρώτῃ χώρᾳ, τὴν δὲ ἐξῆς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ διαμβου ἢ διτροχαιῶν.

SCHOL. VET. in Aristoph. *nub.* 563a (p. 127. 16 Holwerda) τὸ ιβ΄ γλυκώνειον.

SCHOL. REC. in Aristoph. *nub.* 563c. 16 sqq. (p. 89 Koster) Tr² τὸ ιβ΄ ᾗς πέδον μέγας ἐν θεοῖς ἀντισπαστικόν, τὸ καλούμενον γλυκώνειον, δίμετρον ἀκατάληκτον, ἐκ διτροχαιῶν – υ – υ καὶ διαμβου καλεῖται δὲ οὕτως διὰ <τὸ> τὸν ἀντίσπαστον μὴ ἔχειν καθαρὸν, ἀλλὰ τέταρτον ἐ[πίτριτον καὶ] χώρας ἰαμβικὰς ἦγον διὰμβου.

SCHOL. REC. in Aristoph. *nub.* 563d. 14 sqq. (p. 90 Koster) Tr² τὸ ια΄ ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον, ὃ καλεῖται γλυκώνειον, ὡς Ἡφαιστῶν (p. 32. 12 sqq.) φησὶν ἔχει δὲ τὸν α΄ πόδα ἀντίσπαστον ἢ διτροχαιῶν, τὸν δὲ β΄ διὰμβου.

SCHOL. REC. ANON. in Aristoph. *nub.* 563a. 9 sq. (p. 315 Koster) τὸ ιβ΄ ἀντισπαστικὸν δίμετρον τὸ καλούμενον γλυκώνειον, ἐκ διτροχαιῶν καὶ διαμβου.

SCHOL. ALD. in Aristoph. *nub.* 563a (p. 271. 21 sqq. Koster) τὸ ἐνδέκατον τὸ καλούμενον γλυκώνειον, ἐκ διτροχαιῶν καὶ διαμβου, ὡς ἔχει τὰ Γλυκωνος (mel. adesp. 111 [PMG 1029] Page)

κάπρος ἠνίχ' ὁ μαινόλης
ὀδόντι σκυλακοκτόνῳ
Κύπριδος θάλος ὤλεσεν.

SCHOL. VET. in Aristoph. *nub.* 1163e (p. 215. 8 Holwerda) πατρώων μεγάλων κακῶν] τὸ ια΄ γλυκώνειον.

SCHOL. in Aristoph. *pac.* 1127b (p. 162. 8 sqq. Holwerda) Tr τὸ ζ΄ ἀντι-

σπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον ἐξ ἀντισπάστου καὶ ἐπιτρίτου, ὃ καλεῖται γλυκώνειον.

SCHOL. in Aristoph. *ran.* 324 (p. 284b. 43 sqq. Dübner) Ἰακχ' ὦ πολυτιμή-
τοις] ᾠδὴ καὶ στροφή κώλων ιδ' ὦν τὸ πρῶτον ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκα-
τάληκτον ὃ καλεῖται γλυκώνειον.

SCHOL. in Aristoph. *ran.* 1251 (p. 308a. 9 sqq. Dübner) τὸ πρῶτον δίμετρον
ἀκατάληκτον ἐκ πεντασλλάβου ἀντισπάστου ὃ καλεῖται γλυκώνειον.

SCHOL. A in Herphaest. 100. 6 sqq. ἢ κου νῦν ἐπὶ Ληθαίου] ἢ 'θαί' κοινή
ιαμβικὴ γὰρ ἢ κατάκλεις τοῦ γλυκωνείου καλουμένου, ὡς ἐκ τῆς ἀντιστροφῆς
ἔστιν ἰδεῖν, λέγω δὴ τοῦ' (Anacr. 3 [PMG 348]. 1 Page)

γουνουμαί σ' ἐλαφρόλε

ἢ γὰρ 'λε' ἀντὶ μακρᾶς, ὅτι τελευταία ἐστίν.

SCHOL. A in Herphaest. 163. 18 sqq. καὶ ἐπὶ τῶν γλυκωνείων] τὸ καθαρὸν
γλυκώνειον ἀντισπαστικὸν ἐστὶ δίμετρον ἀκατάληκτον, ἔχον ἰαμβικὴν τὴν δευ-
τέραν συζυγίαν, οἶον' (mel. adesp. 111 [PMG 1029]. 1 Page)

κάπρος ἠνίχ' ὁ μαινόλης.

[ACRO] in Hor. *carm.* I 3 (p. 5. 30 sqq. Keller) *tertia ᾠδὴ dicolos est distro-*
phos, hoc est duplici genere metri scripta, a secundo facta replicatione. nam
prior versus, cui glyconium nomen datur, constat spondeo, choriambo et pyrrichio
sive iambo. secundus vero versus asclepiadeus est, cuius iam in prima ᾠδὴ
reddidimus rationem (p. 4. 8 sqq.). ususque est hac metri compositione XII
tantum cantibus, ut subiecta monstrabunt.

[ACRO] in Hor. *carm.* I 5 (p. 6. 24 sqq. Keller) *quinta ᾠδὴ tricolos est te-*
trastrophos, id est tribus generibus metri scripta a quarto facta replicatione.
nam primi duo versus asclepiadei sunt, tertius pherecratius, quartus glyconius.
utiturque hac metri compositione tantum VII cantibus, quorum primordia
subnotavi.

SACERD. GL VI 515. 3 sqq. *graecum exemplum [hemidexium] quod repperi*
tribus dactylis constans, ut:

ξεῖνε τὸν Ἀρχεβίου τάφον.

latinum exemplum [hemidexium trimetrum dactylicum] hoc erit monosche-
matistum dactylicum, ut: (Verg. Aen. VI 265)

et Chaos et Phlegethon loca.

secunda species trimetri dactylici glyconia nuncupatur, de qua brevissime do-
ceamus.

SACERD. GL VI 515. 11 sqq. *de glyconio trimetro dactylico. glyconium tri-*
metrum dactylicum monoschematistum est. constat enim semper spondeo,
duobus dactylis, sicut omnibus peritissimis placuit; ut quibusdam non bene
curiosis placet, incipiens a quolibet disyllabo, ut primus pes quattuor schemata
habeat et duo pedes schemata CCLVI, ut quivis de trisyllabis pedibus sint, qui
sunt octo. graecum exemplum hoc est: (Pind. Ol. 1. 1)

ἄριστον μὲν ὕδωρ ὃ δέ,

latinum hoc: (Verg. Aen. I 522)

o regina novam cui.

SACERD. GL VI 516. 2 sqq. his copulatis, glyconio praeposito et pherecratio subiuncto, erit illud metrum hexametrum monoschematistum priaepeium, de quo paulo ante monstravi, quod constat prima parte ex glyconio, spondeo, duobus dactylis, in novissima vero, sicut pherecratium, spondeo, dactylo, spondeo: (cf. Verg. *Aen.* I 522 et 33)

o regina novam cui cessit condere gentem,

(Verg. *Aen.* III 43):

externum tulit aut cruor hic de stipite manat,

(Verg. *georg.* III 6)

cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

SACERD. GL VI 537. 20 sqq. de dimetro antispastico acatalecto glyconio. antispasticum acatalectum dimetrum glyconium fit spondeo <et> duobus trisyllabis dactylo et amphimacro (dactylo et amphimacro *secl. Keil, sed cf. Morelli 2000, p. 95 sq.*), ut: (mel. adesp. 111 [PMG 1029]. 1 Page)

κάπρος ἤνιχ' ὁ μαινόλης,

(Hor. *carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri.

hoc differt a glyconio dactylico, quod illud, sicut ante tractavi, spondeo constat et duobus dactylis, hoc vero spondeo et <duobus> trisyllabis quibuslibet. potest tamen et spondeo et choriambo percussum facere metrum asclepiadeum, sicut ante docui: (Hor. *carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri.

SACERD. GL VI 544. 11 sqq. de archebulio hemiepi. archebulium hemiepes constat duobus dactylis et spondeo: (Verg. *Aen.* II 5)

eruerint Danaï quae,

emicat Oceano lux.

huic addita syllaba faciet hemidexium trimetrum, de quo supra tractavi. manente vero in qualitate sua, sed verso, erit glyconium trimetrum ex spondeo et duobus dactylis, de quo etiam ante docui in speciebus dactylici metri.

APTHON. GL VI 74. 18 sqq. trimetrus initialis: (Hor. *carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri,

quod metrum glyconium octasyllabum dicitur.

APTHON. GL VI 118. 10 sqq. phalaecium autem, quod et ithyphallicum fit, si tribus trochaeis claudatur, appellatum aiunt a Phalaeco, qui illo frequenter usus est, ut <et> Sappho, quod constat ex glyconio octasyllabo, ut: (Hor. *carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri.

recipit autem spondeum, choriambum, diiambum et syllabam, ut:

sulcos tunc retegunt comae latentes.

idem fiet ithyphallicum sub ea divisione, in qua primus pes, ut in glyconio, erit unus e quattuor disyllabis, dehinc dactylus, tunc tres trochaei, ut est etiam hic: (Ter. Maur. GL VI 401. 2571)

iamdudum tibi disserens probavi.

quidam tamen nullam volunt esse differentiam inter hos, sed eundem ithyphallicum et phalaecium accipiunt. hoc autem phalaecio versu Liberum patrem sol-

lemniter canunt, [siquidem] quod etiam eius nomine et rhythmum et metrum complemente demonstratur sic: (cf. Ter. Maur. GL VI 380. 1848 et 402. 2594)

Bacche Bacche Bacche.

sane reperimus phalaecium syllaba novissima detracta veluti scazonta, ut est:
nunc Troia fera vindicat Venus,

quem volunt videri claudum.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 119. 8 sqq. trimetrum igitur epicum nihil a glyconio metro differre non nulli contendunt, quod constat ex spondeo et choriambo et pyrrichio vel trochaeo ultimo, ex quo plura apud Horatium asmata sunt, ut: (*carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri

et: (*carm.* I 19. 1)

mater saeva Cupidinum

et: (*carm.* III 9. 1)

donec gratis eram tibi

et cetera ... 24 sqq. item: (Hor. *carm.* III 15. 1)

uxor pauperis Ibyci

glyconium, (Hor. *carm.* III 13. 3)

cras donaberis haedo

pherecratio, quibus coniunctis hexameter priapeus efficitur sic:

uxor pauperis Ibyci, cras donaberis haedo.

memineris autem non omnem versum priapeum probabilem fore, nisi eum qui ex glyconio et pherecratio ita est compositus, ut utraque eius cola a spondeo inchoentur, de quo suo loco plenius dicemus.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 144. 25 sqq. item ex glyconio et iambico dimetro catalectico:
cantu continuat feros et impios gigantes ...

item ex glyconio et pherecratio iunctis, e quis priapeus versus fit, sic: (cf. Hor. *carm.* I 15. 5 et 5. 3)

Nereus ut caneret feros, grato Pyrra sub antro.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 145. 4 sq. item quod utrosque glyconios habet, ut: (cf. Hor. *sat.* I 9. 1)

ibam forte per arduum montis silvicomi nemus.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 146. 31 sqq. legimus apud Horatium: (*carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri:

hoc glyconium metrum dicitur, quod constat ex spondeo choriambo et ultimo trochaeo <vel iambo vel pyrrichio *add. Morelli 1990, p. 193 sq.*> vel eodem spondeo. commune hoc esse cum heroo trimetro, quod constat ex spondeo et duobus dactylis, cunctis in promptu est.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 151. 10 sqq. nam si divisiones metri priapei separentur, ita sonabunt apud Vergilium: (*buc.* 1. 81)

fronde super viridi sunt,

dehinc:

nobis mitia poma;

(*buc.* 1. 82)

castaneae molles et,

dehinc:

pressi copia lactis.

constat autem, ut supra diximus, duobus metris, quorum prius est glyconium octo syllabarum, sequens pherecratium syllaba deminutum, ita tamen ut novissima glyconii, id est octava syllaba, longa sit, si natura brevis fuerit, veluti: (cf. Hor. I 15. 5 et 5. 3)

Nereus ut caneret fera, grato Pyrra sub antro.

ΑΡΘΗΝ. GL VI 152. 1 sqq. nam tale est, quale: (Verg. *georg.* III 6)
cui non dictus Hylas puer.

itaque si tamquam glyconium dividitur, erit primum comma octasyllabum, in quo prior spondeus, sequens choriambus, tertius dibrachys, quod in hexametrum priapeum converti sic poterit: solvo choriambum et novissimam eius syllabam duabus ultimis brevibus coniungo, ut ex choriambo et dibrachy efficiantur dactyli duo; erit colon hexametri, cui si pherecratium heptasyllabum apposueris, hexametrum versum complebis, in quo sit primus spondeus, secundus et tertius dactyli, quartus spondeus, quintus dactylus, sextus spondeus.

ΑΡΘΗΝ. GL VI 163. 3 sqq. tertia ode lyricorum asmatum: (Hor. *carm.* I 3. 1)
sic te diva potens Cypri.

hoc metrum glyconium, quod et anacreontion dicitur, detracta syllaba pherecratium, adiecta novissima enneasyllabon (hendecasyllabon *codd., corr. Morelli 1972, p. 38 sqq.*) sapphicon erit. conecitur autem spondeo, choriambo et disyllabo, ut evenerit. est vero hexametri pars prior, cui si residuam clausulam adieceris, fiet versus hexameter ita:

sic te diva potens Cypri ferat aëre toto.

et est nunc proodicon, id est antecantativum. nam quotiens maioribus metris minus aliquid subnectitur, epodos dicitur; quotiens vero comma vel colon integro metro praepositur, proodicon appellatur ... 18 sqq. glyconio autem metro usus est (*scil.* Horatius) libro primo duodecies, secundo semel, tertio decies, quarto quinquies.

ΑΡΘΗΝ. GL VI 164. 28 sqq. quinta ode tria genera habet. nam priores duo versus asclepiadei sunt, tertius pherecratius, quartus glyconius sic: (Hor. *carm.* I 5. 1 sqq.)

quis multa gracilis te puer in rosa
perfusus liquidis urget odoribus
grato, Pyrra, sub antro?
cui flavam religas comam.

sed de prioribus duobus, qui sunt asclepiadei, et glyconio, qui quarto loco est, supra diximus.

ΑΡΘΗΝ. GL VI 165. 3 sqq. huic (*scil.* pherecratio) si glyconium praeposueris, priapeum facies sic: (Hor. *carm.* I 5. 3 sq.)

cui flavam religas comam grato Pyrra sub antro ...

7 sqq. sexta ode cum epodo est: conficitur asclepiadeis tribus, quarto glyconio, de quibus iam diximus, ut: (Hor. *carm.* I 6. 1 sqq.)

scriberis Vario fortis et hostium

victor, Maeonii carminis alite,
quam rem cumque ferox navibus aut equis
miles te duce gesserit.

quae compositio tetracolos strophe dicitur, eo quod quarto versu vertatur, quo
periodus clauditur. usus est (*scil.* Horatius) hoc genere carminibus novem.

APTHON. GL VI 168. 4 sqq. tredecima ode libri primi: (Hor. *carm.* I 13. 1)
cum tu Lydia Telephi:

constat ex glyconio, quod et anacreontion dicitur, ut: (Hor. *carm.* I 3. 1)
sic te diva potens Cypri.

APTHON. GL VI 172. 6 sq. glyconia, quae et anacreontia, spondeus (Hor.
carm. I 3. 1) 'sic te', choriambus 'diva potens', pyrrhichius 'Cypri'.

DIOM. GL I 501. 2 sqq. metrum servat (*scil.* qualitas metri) et numerum
syllabarum non servat, ut in glyconio vel pherecratio, quae metra dactylici ima-
ginem habent, sed pedum minore numero concluduntur ... item diversis ver-
sibus et metris a tertio versu vel quarto strophem revocat, ut in Horatio alcaica
illa tria vel asclepiadium et glyconium et pherecratium coniunctum videmus.

DIOM. GL I 501. 25 sqq. alia (*scil.* metra nominantur) ab iis qui frequentes
in illis fuerunt, ut sunt aristophania, archebulia, phalaecia, asclepiadia, glyco-
nia, quae quidem infinitum possunt variari beneficio rythmorum, quorum vel-
lut fuit compositio.

DIOM. GL I 510. 22 sqq. glyconium † ex iambico dimetrum in Horatio tale
est: (*carm.* II 18. 1)

non ebur neque aureum.

hoc ex inferiore iambici parte praecisum est. nam si reddas ei principia, sup-
plebis iambicum sic:

ibis Liburnis non ebur neque aureum.

DIOM. GL I 519. 21 sqq. tertia ode dicolos horatianum metrum habet, cuius
prior versus constat ex glyconio et recipit tres pedes, spondeum, choriambum,
iambum: (Hor. *carm.* I 3. 1)

sic te, diva potens, Cypri.

DIOM. GL I 519. 34 sqq. quinta ode tetracolos horatianum metrum habet
et per quaternos versus scanditur. nam ex duobus primis asclepiadeis et tertio
pherecratio et quarto glyconio constat. asclepiadei scanduntur ut supra dixi-
mus (nam duo penthemimeres et duae dipodiae sunt dactylicae) sic, spondeus,
dactylus, semipes, dactylus, dactylus: (Hor. *carm.* I 5. 1)

quis multa graci, lis, te puer, in rosa.

sic et secundus. pherecratium autem est trimetrum heroicum, spondeus,
dactylus, spondeus: (Hor. *carm.* I 5. 3)

grato, Pyrra sub, antro.

item glyconium ex spondeo et choriambo et iambo sic: (Hor. *carm.* I 5. 4)

cui flavam religas, comam.

DIOM. GL I 520. 7 sqq. sexta ode tetracolos horatianum <metrum> habet.
constat autem ex tribus versibus asclepiadeis, de quibus supra diximus, sic:
(*carm.* I 6. 1)

scribe,ris Vari,o fortis et, hostium

et quarto glyconio. constat autem ex spondeo et choriambo et iambo sic: (*carm.* I 6. 4)

miles, te duce ges,serit.

alii vero κατὰ τριποδίαν δακτυλικήν scandunt sic, spondeus, dactylus, dactylus:
miles, te duce, gesserit.

DIOM. GL I 522. 7 sqq. nona decima ode horatianum metrum habet et constat ex glyconio et asclepiadeo, quod supra scriptum est in ecloga proseuctice Vergilii. alio autem genere scanditur per binos versus, quorum unus est tripodia dactylica, alter penthemimeres: (Hor. *carm.* I 19. 1)

mater, saeva Cu,pidinum.

DIOM. GL I 522. 14 sqq. vicesima prima ode horatianum metrum habet et per quaternos versus scanditur, quorum duo constant ex asclepiadeis, tertius pherecratio, quartus glyconio. alii vero sic scandunt, duo penthemimeres et duo tripodia dactylice: (Hor. *carm.* I 21. 1)

Dia,nam tene,rae, dicite, virgines.

DIOM. GL I 522. 22 sqq. vicesima tertia ode idem metrum habet et per quaternos versus scanditur, sed tres penthemimeres, unum qui tripodia dactylice dicitur, quae glyconio metro constat: (Hor. *carm.* I 24. 1)

quis de,sideri,o, sit pudor, aut modus.

ATIL. FORTVN. GL VI 291. 24 sqq. priapeum dactylicum metrum tertium pedem parte orationis finit, producta tamen in ultimo syllaba (nam glyconius versus sic habet) et <in> duas aequales dividitur partes. quod heroum manifestum esse Homerus et Virgilius probaverunt: Homerus: (*Il.* IX 529)

Κουρήτες τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι,

et Virgilius: (*Aen.* III 77)

immotamque coli dedit et contemnere ventos

et: (*georg.* III 6)

cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

prima autem pars glyconius versus est, secunda pherecratius, quae utraeque partes dactylicae sunt. nam Horatii hos duos si iungas, priapeus fiet: (*carm.* I 5. 3 sq.)

cui flavam religas comam grato Pyrra sub antro.

ergo et glyconium metrum et pherecratium et quod ex his componitur priapeum de dactylico nascitur.

ATIL. FORTVN. GL VI 297. 24 sqq. III: (Hor. *carm.* I 3. 1 sq.)

sic te diva potens Cypri,

sic fratres Helenae lucida sidera.

tertia ode dicolos est, habet primum octosyllabum anacreontium, quem et glyconium vocant, habet originem ab heroo, constat ex spondeo et duobus dactylis.

ATIL. FORTVN. GL VI 299. 22 sqq. quinta ode habet duos primos asclepiadeos, tertium <pherecratium>, quartum anacreontium, qui et glyconius, de quibus diximus. <pherecratius> priapei erit pars, praeposito tamen glyconio sic: (cf. Hor. *carm.* I 5. 3 sq.)

cui flavam religas comam grato Pyrra sub antro.

ATIL. FORTVN. GL VI 300. 3 sqq. VI: (Hor. *carm.* I 6. 1 sqq.)

scriberis Vario fortis et hostium
victor, Maeonii carminis alite,
quam rem cumque ferox navibus aut equis
miles te duce gesserit.

tres primi asclepiadei, ut: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus;

quartus glyconius, ut: (Anacr. 3 [PMG 348]. 1 Page)

γουνουῦμαι σ' ἐλαφβόλε.

[utraque haec pars Anacreontis est].

SERV. GL IV 465. 10 sqq. de glyconio. glyconium constat spondio, choriambō, pyrrichio, ut est hoc:

odi Parthenium nemus.

SERV. GL IV 465. 28 sqq. de priapeio. priapeium constat de glyconio et pherecratio, ut est hoc:

Hellespontiacos tuum numen protegit hortos.

SERV. GL IV 469. 11 sqq. tertia ode (Hor. *carm.* I 3) dicolos est distrofos. nam primus versus, cui glyconio vocabulum datur, constat spondio et duobus dactylis; secundus vero asclepiadeus est, cuius iam in prima ode dedimus rationem; ususque invenitur (*scil.* Horatius) hac metri compositione duodecim tantum cantibus.

SERV. GL IV 469. 25 sqq. quinta ode (Hor. *carm.* I 5) tricolos est tetraastrofos. nam primi duo versus asclepiadei sunt, tertius vero trimeter est heroicus, quartus autem glyconius, cuius in tertia ode dedimus rationem; ususque est (*scil.* Horatius) hac metri compositione septem tantum cantibus.

SERV. GL IV 469. 32 sqq. sexta ode (Hor. *carm.* I 6) dicolos est tetraastrofos. primi enim tres versus asclepiadei sunt, quorum iam meminimus, quartus glyconius; ususque est (*scil.* Horatius) hac metri compositione novem tantum cantibus.

MALL. THEOD. GL VI 592. 7 sqq. metrum dactylicum trimetrum glyconium constat ex spondio et duobus dactylis, ut est apud Horatium: (*carm.* I 3. 1)
sic te diva potens Cypri.

POMP. GL V 122. 3 sq. verbi causa glyconium metrum non constat nisi ex spondeo et dactylo.

PRISC. GL III 459. 10 sqq. et sunt in quibusdam generibus diversae species versuum, ut choriambicum asclepiadeum ex spondeo et duobus choriambis et pyrrichio, choriambicum glyconium ex spondeo, choriambo et pyrrichio.

IVL. TOL. 228. 157 sqq. isti metro qualia deserviunt? glyconium et pherecratium ... glyconium quales pedes recipit? spondeum, et duos dactylos. da eius exemplum:

victorum genus optimum.

FRAGM. BOB. GL VI 629. 14 sq. metrum glyconium his pedibus constat, spondeo, choriambo, pyrrichio sive iambo.

ANON. GL VI 174. 1 sqq. inter initia huius operis, id est in prima ode, excusaveram brevitatis studio, cuius amicus sum, singulorum asmatum exempla proponere. verum ne quid scrupoloso lectori ad querellam linquerem, placuit omnia quae apud Horatium metra tam in carminibus quam epodis continentur sub exemplis singulorum asmatum ac propria specierum designatione comprehendere ... 176. 22 sqq. igitur: (Hor. *carm.* I 3. 1)

 sic te diva potens Cypri

est glyconium, quod quidam anacreontion dixerunt. libri primi glyconia metra haec, ode III:

 sic te diva potens Cypri,

ode V: (v. 4)

 cui flavam religas comam,

ode VI: (v. 4)

 miles te duce gesserit,

ode XIII: (v. 1)

 cum tu Lydia Telephi,

ode XIII: (v. 4)

 nudum remigio latus,

ode XV: (v. 4)

 ventos ut caneret fera,

ode XVIII: (v. 1)

 mater saeva Cupidinum,

ode XXI: (v. 4)

 dilectam penitus Iovi,

ode XXIII: (v. 4)

 aurarum et silvae metu,

ode XXIII: (v. 4)

 vocem cum cithara dedit,

ode XXXIII: (v. 4)

 laesa paeniteat fide,

ode XXXVI: (v. 1)

 et ture et fidibus iuvat.

in libro secundo ode XII: (v. 4)

 aptare cithara modos.

libro III ode VII: (v. 4)

 constantis iuvenem fidei,

ode VIII: (v. 1)

 donec gratus eram tibi,

ode X: (v. 4)

 plorares aquilonibus,

ode XIII: (v. 4)

 cui frons turgida cornibus,

ode XV: (v. 1)

 uxor pauperis Ibyci,

ode XVI: (v. 4)

- nocturnis <ab> adulteris,
ode XVIII: (v. 1)
quantum distat ab Inacho,
ode XXXIII: (24. 1)
in tantis opulentior,
ode XXV: (v. 1)
quo me Bacche rapis tui,
ode XXVIII: (v. 1)
festo quid potius die.
libro III ode I: (v. 1)
intermissa Venus diu,
ode III: (v. 1)
quem tu Melpomene <semel>,
ode V: (v. 4)
sancto consilio redi,
ode XII: (v. 4)
hiberna nive candidi,
ode XIII: (v. 4)
ludisque et bibis impudens.
ANON. GL VI 177. 27 sqq. nunc de pherecratio tractabimus, quod est: (Hor. *carm.* I 5. 3)
grato Pyrra sub antro.
hoc metrum conficitur ex spondeo, dactylo et spondeo vel, ut quidam, e spondeo, choriambo et syllaba, quod idem dici potest glyconium catalecticum.
ANON. GL VI 178. 4 sqq. libri I ode VI. haec ode composita est asclepiadeis tribus, quarto glyconio, de quibus supra diximus: (Hor. *carm.* I 6. 1 sqq.)
scriberis Vario fortis et hostium
victor, Maeonii carminis alite,
quam rem cumque ferox navibus aut equis
miles te duce gesserit.
ANON. GL VI 306. 3 sq. (Hor. *carm.* I 3. 1)
sic te diva potens Cypri.
glyconion octosyllabon et genere asclepiadeon est. [E.C.]